



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

X. Markgraf Ludwig belehnt den Matthias von Beeren, Vogt zu Teltow, und dessen Bruder, den Knappen Otto von Beeren, mit den Dörfern Groß- und Klein-Beeren und allem Zubehör, am 3. Januar 1344.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

cumputare et circum detruncare poterint in palude vel extra, pro ipforum refecancium placito voluntatis. Antedicti etiam ciues ad componendum sepes de nostra gracia liberi refecabunt de lignis Eßchin nominatis, eciamsi ad quantitatem brachii virgulas seu virgultas pro sepibus fecarunt constituendis absque omni timore et vara omnique incurfu grauaminis postposito, licencia et effectu presentis priuilegii id facient et securi quoad hoc permaneant ex nunc et in eum. Vt autem presens gracia duret eterna, presentem literam dedimus nostri imagine communitam, sub testimonio Buffonis Gruwelhut et Buffonis Milow, militum nostrorum, et domini Slothekini, nostri dapiferi, et domini Johannis, nostri prothonotarii, cum aliis fide dignis. Actum et datum Spandow, Anno domini M^o. CCC^o. XVII^o., in vigilia conuersionis sancti Pauli apostoli.

(Vidimation wie bei No. I.)

Aus der vidimirten Copie des Geh. Staats-Archives.

X. Markgraf Ludwig belehnt den Matthias von Beeren, Vogt zu Teltow, und dessen Bruder, den Knappen Otto von Beeren, mit den Dörfern Groß- und Klein-Beeren und allem Zubehör, am 3. Januar 1344.

Nos Ludowicus, dei gracia marchio Brandenburgensis, omnibus has literas visuris et lecturis gratiam; et notum sit, Quod contulimus ac per presentes conferimus discretis viris Matthe, aduocato in Teltow, et Ottoni, famulo nostro, dilectis de Berne, Erhardi, bone recordacionis, filii, fidelibus nostris dilectis ipforumque veris ac legitimis heredibus iusti pheodi titulo, villas dictas groz et klyn Berne in Teltow sitas, cum omni vtilitate, commodo, iure, gracia et libertate, ad has vel debito vel iure pertinentibus, cum agris, pascuis, pratis, lignis, censu, decima minuta, iure patronatus ecclesiarum, superiori et inferiori iudicio, iure venacionis et taberne, cum precaria denariorum et frumenti, atque quolibet dextrarii et curruum seruicio, quiete et pacifice, sine omni inquietacione, eo modo et condicione, quibus predictus Erhardus eiusque maiores tenuerunt et possidere potuerunt aut debuerunt, habendas et possidendas. Pro quarum collacione nobis prenotati fratres de Berne in VIII marcis argenti Brandenburgensis integraliter satisfecerunt. In cuius rei et facto testimonium has literas conscribi et sigillo nostro maiori feci insigniri. Actum in Steindal. Testes sunt: Conradus de Deck, Guntherus comes de Swartzborg, miles Johannes de Buch, Haffo de Wedel senior, Arnoldus et Jan, Henkini filii de Groben, nostri famuli. Datum in Berlin, anno domini millesimo tricentesimo quadragesimo III^o., Sabbato post circumcisionem eiusdem.

Aus einer handschriftlichen Chronik der Stadt Teltow von Hedin mitgetheilt, jedoch nicht unverdächtig.